



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 21. Patriarchatus Gradensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](#)

Sæcul. XII. junxit, & paulopost plures alii, sensim
A.G. 1157. exorta est Congregatio Monachorum,
 (qui a suo Fundatore Guilielmini dicti
 sunt) sub Regula S. Benedicti militan-
 tium. Ecclesia S. Guilielmum de Mala-
 valle in die ipsius obitus colit.

Mart. Rom.
 10. Febr.

Sup. lib.
 XLV. §. 39.

Sup. Lib.
 LXVIII.
 §. 43.

Albertus ejus vitam scripserat, quæ
 ad nos non pervenit, recentiores vero
 fabulas immiscuere, hunc Sanctum im-
 perite non distinguentes a S. Guilielmo
 Duce Aquitaniæ, Caroli Magni ætate vi-
 vente, Monasterii Gellonensis Condito-
 re, nec a S. Guilielmo de *Deserto*, nec
 a Guilielmo, ultimo Aquitaniæ Duce,
 Compostellæ anno millesimo centesimo
 trigesimo septimo fatis functo.

§. XXI.

Patriarchatus Gradensis.

Ital. Sacr.
 to. 5.

p. 1192.

p. 1459.

Henricus Dandolus, Nobilis Venetus,
 Patriarcha Gradensis anno millesi-
 mo centesimo trigesimo creatus, in illa
 Cathedra annis quinquaginta sededit. Cum
 que Veneti jam diu Jaderæ seu Zarae ci-
 vitati in Dalmatia dominarentur, eam
 etiam Jurisdictioni Patriarchæ sui sub-
 mittente cupiebant. At Jadera Jurisdi-
 ctioni Archiepiscopi Spalatrensis subtra-
 cta, & Archiepiscopatus honore ab Ana-
 stasio IV. Papa anno millesimo centesimo
 quinquagesimo quarto donata fuerat.
 Itaque rogantibus Venetis, & Henrico
 Patriar-

Patriarchæ, Hadrianus Papa complures Sæcul. XII.
 Bullas concessit, quibus illa accensetur, A. C. 1157.
 ubi confirmat privilegia, Ecclesiæ Gra-
 densi a Pontificibus Antecessoribus suis
 collata, præsertim illud Leonis IX. in *Hadr. ep. 36.*
 Concilio Romano anno millesimo quin- 37. 38.
 quagesimo tertio impetratum, eique
 subjicit Archiepiscopatum Zaretinum,
 Ecclesiæque Cathedrales huic Metropoli *Sup. lib.*
 subditas, addita potestate conserandi *LIX. §. 81.*
 hunc Archiepiscopum, salvo jure Roma-
 ni Pontificis, qui ei Pallium tradat. Huic
 Bullæ, decima tertia Junii anno mille-
 simo centesimo quinquagesimo septimo
 datæ, Cardinales tredecim subscripte-
 runt. Alia Bulla, eodem die data, Papa
 Patriarchæ Gradensi tribuit potestatem
 ordinandi Episcopos Constantinopoli, &
 in ceteris omnibus Imperii Græci urbi-
 bus, in quibus Veneti Ecclesiæ proprias
 haberent.

Zaretni ægerrime tulerunt, quod i-
 psorum Archiepiscopus Patriarchæ Gra-
 densi cedere juberetur; sed Venetorum
 potentiae resistere non valuerunt.

§. XXII.

Privilegium S. Martini de Bello.

Eodem anno millesimo centesimo quin-
 quagesimo septimo in die Penteco-
 stes, decima nona Maji, in Festo S. Dun- to. 10. *Conc.*
stani, Henricus Rex Angliæ Comitia ad p. 1181.

Hist. Eccl. Tom. XVII. T S. Ed.